¹⁹ Ex hac igitur coniectura dicunt astrologi vel musici inter extimam spaeram et circulos septem planetarum omnes musicas consonantias impleri. ²⁰ Nam a Saturno usque ad speram celestem aiunt acutissimum fieri sonum, a terra usque ad lunarem circulum gravissimum; ²¹ licet quidam aliter sentiant, denique a Saturno usque ad spheram <celestem> graviorem sonum, a terra vero usque ad lunarem circulum acutiorem fieri asserunt sonum; ²² idcirco quia, quod strictius et brevius est, necesse est, ut acutius resonet, sicut contra, quod longius, gravius. ²³ Inter circulum vero Saturni et lunae per totam amplitudinem planetarum varietas diversorum sonorum et omnes musicae perficiuntur consonantiae. ²⁴ Quae omnia figurate Martianus in libro, quem de nuptiis Filologiae et Mercurii conscribit, in nemore Apollinis fuisse confingit, videlicet quia ipse est Sol moderator musicae celestis. ²⁵ „Nam,“ inquit, „eminentiora culmina (id est rami altiores) perinde distenta (id est valde extenta) acuto sonitu (id est subtili et gracili) resultabant (id est resonabant).“ ²⁶ Quicquid vero terrae confine ac propinquum fuerat (rami videlicet inclinationes et humiliores ac terrae viciniore) quatiebat (id est impellebat vel repercutiebat) rauca gravitas (ypallage, id est gravis raucitas). ²⁷ At media (id est mediae partes ip-

V,18 cf. Boeth.mus. I,3 (190,25-26)

V,19-23 cf. Remig.Autiss.comm. 10.24, p.86,21-29

V,24 cf. Remig.Autiss.comm. 11.7, p.88,1-2

V,25-27 cf. Remig.Autiss.comm. 11.1-5, p.86,30-87,11

17 definiunt musici] musici diffiniunt *Ve* musici definiunt *MoMe* aeris percussio *Ve-MoMe*

19 igitur] itaque *Ve* astrologici *Ve* septem planetarum circulos *VeMoMe* impleri consonantias *VeMoMe*

20 usque] *om. VeMoMe* sonum] sonitum *Me* gravissimum-21 circulum] *om. Me*

21 vero] *om. VeMo* asserunt fieri sonum *VeMoMe*

22 *om. Me* strictius est et brevius *VeMo* sicut] sic *VeMo*

23 planetarum amplitudinem *VeMoMe* diversorum varietas *VeMoMe*

24 conscribit] *om. MoMe* in] et in *VeMe* apollinis nemore *VeMoMe* quia] qui *Le* est Sol] sol est *VeMo* sol *Me* musicae caelestis moderator *VeMoMe*

25 id est] vel *VeMoMe* perinde] *suprascr.* valde *MoMe* (id est valde extenta)] *om. VeMoMe* (id est subtili et gracili)] *om. VeMoMe* resultabant-resonabant)] resonabant *Ve* resultabant *suprascr.* resonabant *Mo* resultabant *suprascr.* vel resonabant *Me*

26 videlicet] scilicet *VeMoMe* inclinationes] *suprascr.* id est viciniore *Mo* *suprascr.* viciniore *Me* et-viciniore)] *om. VeMoMe* quatiebat-raucitas)] rauca gravitas quatiebat *VeMoMe* rauca gravitas *suprascr.* ypallage id est gravis raucitas *MoMe* quatiebat *suprascr.* id est implebat *Mo* *suprascr.* implebat *Me* post impellebat: vel *Le* (ypallage-raucitas)] *om. Le*

27 At] Ad *Ve* (id-silvae)] pars silvae *VeMoMe* per] *om. Le* concinebant] concinebant *Le* duplis concinebant *VeMo* duplis concinebat *Me*

sus silvae) per coniuncta sibi spatia concinebant duplis succentibus.“²⁸ Concentus est similium vocum adunata societas, succentus vero est varii soni sibimet convenientes, sicut videmus in organo.²⁹ „Duplis“, inquit, „succentibus ac sesquialteris nec non sesquiteritiis.“³⁰ Hic tres tangit consonantias, scilicet diapason, diatessaron et diapente.³¹ „Octavis enim sine discretione (id est sine intervallo) iuncturis (id est consonantiis).“³² Hic integrum tonum tangit.³³ „Licet intervenire limmata (id est semitonia).“³⁴ Hic tangit duo semitonia.³⁵ Ex quibus omnibus totius musicae summa consistit.³⁶ Sed haec omnia suo in loco manifestius demonstrabuntur.

³⁷ Nec illud est omittendum, quod etiam nervi, id est cordae, celestis musicae comparantur.³⁸ Nam ipate meson a musicis Saturno est attributa.³⁹ Parypate Ioviali circulo consimilis est.⁴⁰ Lichanos meson Marti tradidere.⁴¹ Sol mesen obtinuit.⁴² Triten sinemenon Venus habet.⁴³ Paraneten sinemenon Mercurius regit.⁴⁴ Nete autem lunaris circuli tenet exemplum.⁴⁵ Hec secundum Boetium.

⁴⁶ Porro Cicero contrarium ordinem facit.⁴⁷ Nam in somnio Scipionis ita asserit:⁴⁸ „Et natura fert, ut extrema ex altera parte graviter, ex altera autem acute sonent.“⁴⁹ Quam ob causam summus ille caeli stellifer cursus, cuius conversio est concitatio, acuto et excitato movetur sono, gravissimo autem hic lunaris atque infimus.⁵⁰ Nam terra, nona, immobilis manens

234b

V,28 cf. Remig.Autiss.comm. 11.11, p.88,10-11

V,29 cf. Remig.Autiss.comm. 11.5, p.87,11

V,31 cf. Remig.Autiss.comm. 11.5, p.87,27-29

V,32-33 cf. Remig.Autiss.comm. 11.7, p.87,34

V,38-52 cf. Boeth.mus. I,27 (219,7-25)

28 est] enim *Ve* vero *MoMe* adunata] adiuncta *VeMoMe* sibimet] sibi *VeMoMe*

30 diatessaron *Le* diatesseron *Me*

31 enim] *om. VeMoMe* discretione-intervallo]] discretione *VeMoMe* *suprascr.* intervallo *MoMe* iuncturis-consonantiis]] iuncturis *VeMoMe* *suprascr.* id est consonantiis *MoMe*

32 integrum] *om. Le* tangit tonum *VeMoMe*

33 limmata-semitonia]] limmata *VeMoMe* *suprascr.* id est semitonia *MoMe*

34 duo tangit *VeMoMe*

35 totius summa musicae *Ve*

37 Nec illud est] Nec illud *Le* Nec est illud *Ve* omittendum *Le*

38 ipate] ypate *Ve* hipate *Me*

39 Parypate] Parhipate *Me*

40 Lichanos] Lycanos *Mo* Lycha *Me* tradidere marti *VeMoMe*

41 optinuit *VeMe*

42 Trite *Ve* sinemenon *MoMe*

43 Paranete *Le*

46 facit ordinem *VeMoMe*

47 somno *VeMoMe*

48 extrama *Ve* autem] vero *Ve* acute *Le* sonet *Me*

49 ob causam] occausam *Le* gravissima *Me* infimus] infirmus *Me*

235a una sede semper heret.“⁵¹ In hoc igitur loco Cicero terram quasi silentium ponit, scilicet immobilem.⁵² Post hanc, qui proximus a silentio est, dat lunae gravissimum sonum, ut sit luna proslambanomenos, quae corda gravissime resonat; Mercurius hypate hypaton, Venus parhypate hypaton, Sol lichanos hypaton, Mars hypate meson, Iovis parhypate meson, Saturnus lichanos meson, spera caelestis mese.⁵³ Luna ergo Mercurio comparata tonum resonat.⁵⁴ Eadem luna cum Marte diapente consonantiam creat, cum Sole diatessaron, cum sphaera caelesti diapason.⁵⁵ Ecce habes in celi motu totius musicae summam.⁵⁶ Igitur haec pauca de celesti musica sufficiant.⁵⁷ Si quis autem haec plenius scire desiderat, legat secundum librum Machrobii egregii philosophi in supra dicto somnio Scipionis.⁵⁸ Hoc unum addimus, non solum gentilium philosophos, verum etiam Christianae fidei strenuos predicatorum in hac celesti armonia adsentire.

⁵⁹ His omissis ad contemplandam humanam musicam transire oportet.

⁶⁰ Omnibus hominibus et omnibus aetatibus, omnique sexui naturaliter musicam esse coniunctam, nulli, qui semetipsum intellegit, dubium est.

⁶¹ Quae enim aetas, aut quis sexus musicis non delectatur cantilenis? ⁶² Proprium quidem humanitatis est, oblectari animum dulcibus modis, exasperari contrariis.⁶³ Namque infantes ac iuvenes, nec non etiam senes ita naturaliter affectu quodam spontaneo modulationibus musicis implicantur, ut nulla sit omnino aetas, quae expers sit delectatione dulcis cantilinae.⁶⁴ Etsi sunt nonnulli, qui docte ac suaviter aliis canere non possunt, sibi tamen aliquid insuaviter suave canunt.

235b ⁶⁵ Sciendum praeterea, quod mores hominum per musicam cognoscuntur.⁶⁶ Lascivus quippe ac petulans animus lascivioribus delectatur modis,

V,60-61 cf. Boeth.mus. I,1 (186,15-17; 187,9)

V,62 cf. Boeth.mus. I,1 (179,23-25)

V,63 cf. Boeth.mus. I,1 (179,27-180,3)

V,64 cf. Boeth.mus. I,1 (186,25-26)

51 scilicet] silicē *MoMe*

52 est] *om. Ve* proslambonomenos *Me* chorda *Me* parihypate hypanton *Le* lichanos *MoMe*

54 luna cum] luna *Me*

56 sufficient musica *VeMoMe*

57 machobii *Ve* pholosophi *Ve* Scipionis somnio *Ve* somno *Me*

58 philophisophos *Ve* consentire *Ve*

60 Omnibus-musicam] Omni aetati et sexui musicam naturaliter *Pa*

61 aut] vel *Me*

62 est humanitatis *Ve*

63 ac] hac *Ve* etiam] *om. Me* senes] senex *Ve* implicantur] impleantur *Me*

64 aliis] *om. Pa* aliquid insuaviter] aliquam suavitatem *Pa* suave] *om. Ve*

66 quippe] quidem *Ve* ac petulans] *om. Pa* aut-effeminatur] *om. Pa* aut] et *Ve-MoMe*

aut frequenter eos audiens emollitur atque effeminatur. ⁶⁷ Econtra durior atque ferocior mens vel asperioribus gaudet, vel asperioribus incitatur. ⁶⁸ Neque enim fieri potest, ut mollia duris, dura mollioribus adnectantur aut gaudeant, sed amorem delectationemque similitudo morum, ut dictum est, conciliat. ⁶⁹ Nam quae asperiores sunt gentes, durioribus delectantur modis, quae vero mansuete ac pacifice, lenioribus.

⁷⁰ Ita denique omnis morum habitus cantibus gubernatur et regitur, ut et ad bellum progressui et item receptui canatur, cantu tubae excitante et rursus sedante virtutem animi. ⁷¹ Dat cantus somnos, adimitque, nec non curas et sollicitudines inmittit et retrahit, iram suggerit, clementiam suadet, corporum quoque morbis medetur. ⁷² Vulgatum quippe est, quam sepe iracundas mentes cantilena represserit, quam multa in corporum vel animorum afflictionibus miranda perfecit. ⁷³ Denique, ut Cicero auctor est, cum vinolenti adulescentes, tibiaram cantu illiciti, mulieris pudicae fores frangerent, ut eius pudicitiam violarent; intellexit Phitagoras, sono frigii modi adulescentium animos ad libidinem esse incitados. ⁷⁴ Nam ea hora stellarum cursus inspiciebat, statimque accurrens admonuit tibicinam, ut mutaret modum et spondeum caneret. ⁷⁵ Quod cum illa fecisset, tarditate modorum et gravitate canentis illorum furens petulantia consedit.

⁷⁶ Sed quod de gentiliū libris proferimus, ex nostris adfirmare possumus. ⁷⁷ Namque cum Saulem regem spiritus malus exagitaret, David psalterium arripiens dulcibus et suavis modis ferocitatem eius pectoris

236a

V,66-67 cf. Boeth.mus. I,1 (180,12-15)

V,68 cf. Boeth.mus. I,1 (180,19-22)

V,69 cf. Boeth.mus. I,1 (181,5-7)

V,70-71 cf. Macrob. 2,3,9

V,72 cf. Boeth.mus. I,1 (184,7-9)

V,73-75 cf. Boeth.mus. I,1 (185,13-14; 185,4-8; 185,14-17)

V,76-79 cf. Aurelian. I,6-8 (v. Cassiod.inst. II,V,9)

67 Econtra-vel] Econtra mens durior *Pa* At contra *Me* vel asperioribus incitatur] vel incitatur duris *Me* sive incitatur *Pa*

69 Nam quae] Namque *Me* Quae enim *Pa* gentes sunt *Pa* durioribus] asperioribus *Pa* ac pacifice] *om. Pa*

70 Ita denique] *om. Pa* ut et] ut *Ve* progressui] congressui *VeMoMe* congressum *Pa* canatur, cantu] canticu canatur *Ve* cantu canatur *MoMePa* animi virtutem *Pa*

71 post somnos: id est *Pa* retrahit] retraits *Me* iterat *Pa* suggerit] aufert *VeMoMePa* post morbis: et *Pa*

72 in] *om. VeMoMePa* post animorum: in *VeMoMePa*

73 vinolentes *Me* adulescentes *VeMe* Pithagoras *MoMe* phrigii *Ve* adulescentium *MoMe*

74 mutaret] immutaret *Ve*

75 et gravitate] gravitateque *Me*

77 Namque cum] Cum enim *Pa* regem] *om. Pa* David psalterium] psallente david *Pa* spalterium *Me* dulcis *Le* eius pectoris] ipsius *Me* mitigabat-78 dicimus?] mitigatum et heliseum psalterio prophetare *Pa*

mitigabat. ⁷⁸ Quid de Heliseo propheta dicimus? ⁷⁹ Qui, cum a rege interrogatus, intellexisset, illa hora spiritum prophetiae in se non esse, praecepit sibi psalterem adducere, cumque coram eo psalleret, repente descendit in eum spiritus et prophetavit. ⁸⁰ Itaque sicut pro certo patet, quod in bello pugnantium animi cantu tubarum accenduntur, ita non est dubium, quod conturbationem mentis modestior ac suavior carminum modus possit temperare.

⁸¹ Ex his omnibus perspicue et indubitanter apparet, ita nobis musicam naturaliter esse coniunctam ut ea, nec si velimus quidem, carere possimus.

⁸² Quocirca erigenda est mentis intentio, ut id, quod naturaliter nobis est insitum, scientia quoque possit esse comprehensum.

⁸³ Nunc restat, ut tertium genus naturalis musicae videamus, quod supra meminimus in inrationabili creatura esse. ⁸⁴ De hoc itaque talis philosophorum opinio est: ⁸⁵ Et non mirum, inquiunt, si inter homines musicae tanta dominatio est, cum aves quoque, ut luscinae, ut cigni aliaeque cantum veluti quadam disciplina musicae artis exerceant; unde Virgilius de cignis ait: „Dant per colla modos“, et cetera. ⁸⁶ Nonnullae vero aves, terrenae vel aquatiles invitante cantu in retia vel aucupia sponte decurrunt. ⁸⁷ Nec minus et illud intuendum, quod pastoralis fistula pastum gregibus, progressum atque quietem imperet. ⁸⁸ Sed et in mari Sirenarum cantus edere dulces feruntur. ⁸⁹ Iure igitur musica capitur omne, quod vivit, quia celestis anima, qua animatur universitas, originem sumpsit ex musica, ut Platoni et eius sectatoribus placet. ⁹⁰ Hec de naturali musica

236b

V,80 cf. Boeth.mus. I,1 (186,29-30;187,1-3)

V,81-82 cf. Boeth.mus. I,1 (187,8-12)

V,85-87 cf. Macrobian. 2,3,10

V,85 Dant per colla modos] Verg.Aen.VII,701

V,89 cf. Macrobian. 2,3,11

78 Quis] Et quid *Me*

79 intellexisset *Me* illa] in se illa *Me* hora] ora *Ve* in se] *om. Me* psalterem *Me* psallerent *Ve* psalleret *Me*

80 accenduntur tubarum *Me* conturbatione *LeVe*

81 et indubitanter] *om. Pa* ea] eam *VeMe* possimus] valeamus *Me*

82 nobis] in nobis *Le*

83 ut ad tertium *Ve* tertium] *om. Me* videamus] veniamus *Ve*

84 philosophorum talis *Me*

85 Et non] Nec *Pa* non] *om. VeMoMe* inquiunt] *om. Pa* ut luscinae] et luscinae *Me* ut cigni] et cigni *VeMoMePa* cantu *VeMoMePa* exerceantur *Ve* unde-86 aquatiles] *om. Pa* Virgilius *Le* et cetera] *om. MoMe*

86 invitante] invitate *VeMe* sive invitante *Pa* vel aucupia] *om. Pa* aucupio *LeMoMe* aucupium *Ve*

87 post gregibus : et *VeMoMe*

88 Sed-Sirenarum] Nam etsi ranarum in mari *Pa*

89 celestis] caelites *Me* ut-placet] *om. Pa*

90 musica] *om. Pa* succingitum perstrinximus.] dictum sufficiat *Pa*

succingtim perstrinximus.

⁹¹ Restat, ut de artificiali breviter videamus. ⁹² Artificialis musica dicitur, quae arte et ingenio humano excogitata est et inventa. ⁹³ Que in quibusdam consistit instrumentis. ⁹⁴ Et haec similiter in tria genera dividitur, videlicet in tensibile, inflatile et percussibile. ⁹⁵ Tensibile fit intentione cordarum, ut puta in lira, cythara, arpa et huiusmodi. ⁹⁶ Inflatile autem, quod spiritu vel vento inpellitur, ut in tibiis, musis, fistulis, organis et his similibus. ⁹⁷ Percussibile vero est, quod fit in quibusdam concavis aereis vasis vel aliis instructis, cum pulsu vel quadam percussione feriuntur atque inde diversi efficiuntur soni, ut in cymbalis, tympanis et cetera.

⁹⁸ Omni autem notitiam huius artis habere cupienti sciendum est, quod, quamquam naturalis musica longe praecedat artificalem, nullus tamen vim naturalis musicae recognoscere potest, nisi per artificalem. ⁹⁹ Igitur quamvis a naturali nostrae disputationis sermo processerit, necesse est, ut in artificiali finiatur, ut per rem visibilem invisibilem demonstrare valeamus.

<VI.> ¹ His summatim praelibatis iam ratio exposcit, ut ipsam musicam diligentius contemplemur. ² Ac primo dicendum, unde dicitur mu-

V,93 cf. Boeth.mus. I,2 (189,6-7)

V,94 cf. Cassiod.inst. II,V,6

V,95-96 cf. Boeth.mus. I,2 (189,7-9)

V,97 cf. Boeth.mus. I,2 (189,9-11)

91 videamus] dicamus *VeMoMe*

92 dicitur musica *VeMoMe* excogitata et inventa est *MoMe*

94 dividitur genera *VeMoMe* post genera dividitur addunt: in chromaticum, diatonicum, enarmonicum. Chromaticum (Chronicum *Ve*) dicitur quasi colorabile, quod ab illa naturali discedens (discedens naturali *Ve* naturali descendens *Me*) intentione et in mollius decidens, sicut in choro ludentium mulierum frequenter (sepe *Me*) auditur, et in (in] *om. Ve*) hymno *Ut queant lazis*. Constat autem regulariter per semitonium et semitonium et tria semitonia. Diatonicum autem aliquanto durius et naturalius et nobis ceteris aptius. Vocatur autem diatonicum, quod per tonum et tonum et semitonium progrediatur (progreditur *Ve*). Enarmonicum vero magis coaptatum, et reliquorum gravissimum, quod cantatur per diesin et diesin et ditonum. Diesis autem est (est] *om. MoMe*) semitonium dimidium. Sed (Sed] *om. Me*) haec in Boetii musica liquidius declarantur. Artificialis musica, de qua nunc tractatus est, in tria dividitur genera: *VeMoMe* vide Boeth. mus. (212,26-213,14) in tensibile] intensitive *MoMe*

95 intensione *VeMe* harpa *VeMoMe*

96 musis] *om. VeMoMe*

97 vero] *om. Ve* concavis] *om. VeMoMe* vel aliis-et cetera.] ad hoc constructis ut in cymbalis tympanis quae quadam percussione feriuntur atque inde diversi soni (toni *Ve*) efficiuntur *VeMoMe*

98 quamquam] quadam *Me*

99 disputationis] dispositionis *VeMoMe*

Cap. VI *om. BrMcOlMũObPa*

2 primum *Ve*

237a

sica. ³ Musica dicitur a musis, quod instrumentum omnibus musicis instrumentis veteres preferendum dignum duxerunt, sive, quod primum, ut aiunt, a natura inventum est, sive potius, quod in ipso omnis musica perfectio continetur. ⁴ Nam in superioribus foraminibus omnes consonantiae et toni demonstrari possunt, in duobus inferioribus duo semitonia maius ac minus. ⁵ Dicitur autem a musa musica, sicut a grammate grammatica, et a rethoreon, id est elocutionis copia, rethorica, et a lethon, id est disputatione, dialectica, et a rithmo, id est numero, arithmetica, et a ge, id est terra, geometrica, et ab astro, id est stella, astrologia.

<VII.> ¹ Sed antequam partes musicae institutionis discernamus, primum de voce et sono aliquid dicamus. ² Quamquam itaque omnis vox sonus sit, non tamen omnis sonus recte vox dici potest. ³ Ea igitur creatura, quae vitali spiritu aspiratur, vocem reddit, quae vero pulsu, ictu vel flatu inPELLITUR, sonum. ⁴ Omnis autem vox aut sineches est, id est continua, qua loquentes vel lectionem legentes, verba continuatim percurrimus: aut diastematike, id est, cum intervallo suspensa, quam canendo suspendimus, in qua non sermonibus, sed modulis inservimus. ⁵ De qua modo sermo versatur. ⁶ Est vero sonus casus vocis emmelos, id est aptus melo, id est cantilenae in unam intensionem vel percussionem. ⁷ Sonum autem non generalem diffinimus, sed eum, qui grece dicitur pthongos a similitudine loquendi.

<VIII.> ¹ Sciendum autem, quod ex voce vel sono procreatur consonantia. ² Sed et hoc adtendendum, quod in his vocibus vel sonis, quae nulla inaequalitate discordant, nulla omnino consonantia est. ³ Diffinitur

VII,4 cf. Boeth.mus. I,12 (199,3-6; 199,10-11)

VII,6-7 cf. Boeth.mus. I,8 (195,2-5)

VIII,2-3 cf. Boeth.mus. I,3 (191,1-4)

3 Musica] Musa Me

5 grammate] gramma Le terra] de terra MoMe geometria Ve

Cap. VII om. BrMcOlMũObPa

1 aliquod MoMe

2 vox-omnis] om. VeMoMe vox recte VeMoMe

3 hictu Ve

4 aut sineches] et sineches Me diastematice Le intervallo] intra vallo Me suspensae Mo suspense Me

6 vocis casus VeMoMe emmolos Me

7 autem] vero Ve dicitur grece Me

Cap. VIII om. BrMcOlMũObPa

1 autem] vero VeMoMe

2 que] om. VeMoMe discordantibus VeMoMe consonantia est] fit consonantia Ve-MoMe

3 Diffinitur-consonantia:] om. Ve autem] om. MoMe una Ve

autem ita consonantia: Consonantia est dissimilium inter se vocum in unum redacta concordia. ⁴ Aliter: Consonantia est accuti soni gravisque mixtura, suaviter uniformiterque auribus accidens. ⁵ Econtra dissonantia est duorum sonorum sibimet permixtorum ad aurem veniens aspera atque iniocunda percussio. ⁶ Consonantiam vero licet aurium sensus diiudicet, ratio tamen perpendit. ⁷ Quotiens enim duae cordae intenduntur, et una ex his gravius, altera acutius resonat, simulque pulsae reddunt permixtum quodammodo et suavem sonum, dueque voces in unum quasi coniunctae coalescunt, tunc fit ea, quae dicitur consonantia. ⁸ Cum vero simul pulsae sibi quisque contraire nititur, nec permiscent ad aurem suavem atque unum ex duobus compositum sonum, tunc est, quae dicitur dissonantia. 237b

<IX.> ¹ Sunt autem numeri, qui consonantias creant, vel per quos ipsae consonantiae discernuntur, tantummodo sex, id est, epitritus, hemiolius, duplaris, triplaris, quadruplus et epogdous. ² Est autem epitritus, cum de duobus numeris maior habet totum minorem, et insuper eius tertiam partem, ut sunt quattuor ad tria. ³ Nam in quattuor sunt tria et tertia pars trium, id est unum. ⁴ Et is numerus vocatur in arithmetica sesquitercius; deque eo nascitur simphonia, id est consonantia, quae in musica appellatur diathessaron. ⁵ Hemiolius est, cum de duobus numeris maior habet totum minorem et insuper eius medietatem, ut sunt tria ad duo. ⁶ Nam in tribus sunt duo et media pars eorum, id est unum. ⁷ Et appellatur hic numerus sesquialter in arithmetica, et de eo fit simphonia, quae nuncupatur diapente. ⁸ Duplaris numerus est, cum de duobus numeris 238a

VIII,4-5 cf. Boeth.mus. I,8 (195,6-10)

VIII,6-8 cf. Boeth.mus. I,28 (220,2-10)

IX,1-24 cf. Macrobo. 2,1,14-24

4 Est consonantia *MoMe*

5 sonorum] suorum *Me* perveniens *Me* percusso *Le*

6 Consonantia *Me*

8 nec-sonum,] *om. VeMoMe*

Cap. IX om. BrMcOlMüObPa

1 hemiolus *Me* triplaris] *om. Me*

2 cum] *om. Ve* maior] quando maior *VeMoMe* minorem] in se minorem *Me* tria] tertiam *Me*

3 id est unum] quae est unitas *Ve* unum *suprascr.* vel unitas *MoMe*

4 Et] *om. VeMoMe* simphonia] *suprascr.* id est consonantia *MoMe* id est consonantia] *om. Ve*

5 Hemiolus *Me* totum habet *VeMoMe*

6 id est] *om. MoMe* unum] *suprascr.* vel unitas *MoMe*

7 Et] *om. VeMoMe* et-diapente.] sed diapente simphonia vocatur in musica. *VeMo* sed diapentes in symphonia. *Me*

8 *om. Me*

minor in maiore bis numeratur, ut sunt quattuor ad duo. ⁹ Et ex hoc duplari nascitur simphonia, cui nomen est diapason. ¹⁰ Triplaris est, cum de duobus numeris minor ter in maiore numeratur, ut sunt tria ad unum. ¹¹ <Et ex hoc numero simphonia procedit, quae dicitur diapason et diapente. ¹² Quadruplus est, cum de duobus numeris minor quater in maiore numeratur>, ut sunt quattuor ad unum. ¹³ Qui numerus facit simphoniam, quam dicunt bis diapason. ¹⁴ Epogdous est numerus, qui intra se habet minorem, et insuper eius octavam partem, ut novem ad octo, quia in novem et octo sunt, et insuper octava pars eorum, id est unum. ¹⁵ Appellant autem hunc numerum arithmetici sesquioctavum. ¹⁶ Parit vero hic numerus sonum, quem tonum musici vocaverunt.

¹⁷ Sonum vero tono minorem veteres quidem semitonium vocitare voluerunt; sed non ita accipiendum est, ut dimidius tonus putetur, quia nec semivocalem in litteris pro medietate vocalis accipimus. ¹⁸ Deinde tonus per naturam sui in duo dividi sibi aequa non poterit. ¹⁹ Cum enim ex novenario numero constet, novem autem numquam aequaliter dividantur, tonus in duas dividi medietates recusat. ²⁰ Sed semitonium vocaverunt sonum tono minorem, quem tam parvo intervallo distare deprehensum est, quam hi duo numeri inter se distant, id est ducenta quadraginta tria et ducenta quinquaginta sex. ²¹ Hoc semitonium Phitagorici quidam veteres diesin nominabant, sed sequens usus sonum se minorem diessin constituit nominandum. ²² Plato semitonium limma vocitavit. ²³ Hae sunt partes, in quibus omnis musica resolvitur.

²⁴ Sunt igitur quinque simphoniae, id est consonantiae: diatesaron,

9 Et-simphonia] *om. Me Et] om. VeMo*

10 Triplaris autem est *Ve ut-unum] om. LeMe*

11 *om. LeMe* Ex hoc igitur triplari nascitur symphonia que dicitur diapason et diapente. *Ve Unum (suprascr. vel unitas) <enim> ter est in ternario, qui numerus facit simphoniam que vocatur diapason diapente. in marg. Mo*

12 Quadruplus-numeratur,] *om. LeMe* Quadruplus vero numerus est, cum de duobus numeris minor in maiore quater numeratur. *Ve Quadruplaris (suprascr. vel quadruplus) numerus <est> quando maior numerus quadruplo vincit minorem in marg. Mo ut sunt quattuor ad unum] dupliciter in margine et in textu Mo*

13 quam dicunt] quae dicitur *VeMoMe*

14 eorum] *om. VeMoMe id est] om. Me*

15 Appellant-numerum] Hunc numerum appellant *VeMoMe*

16 Parit-sonum,] *om. VeMoMe tonum musici vocaverunt] musici vocant tonum Ve-MoMe*

17 vocitare voluerunt] vocitabant *VeMoMe*

18 duo dividi sibi aequa] duo aequa dividi *Ve sibi] om. MoMe*

19 autem] enim *VeMoMe* dividuntur *VeMoMe* dividi in duas *Ve*

20 intervallo] *om. VeMoMe suprascr. Le tria] tria tria Mo ducenti Ve*

21 quidam] quidem *VeMoMe usus] versus Me*

22 lima *Ve limina Me*

23 Haec *Le*

24 simphoniae] *suprascr. id est consonantiae Mo suprascr. consonantiae Me id est*

diapente, diapason, diapason ke diapente et bisdiapason.

²⁵ Consistunt itaque omnes musicae consonantiae aut in duplici, aut in triplici, aut in quadrupla, aut in sesquialtera, aut in sesquitercia numerorum proportionem. ²⁶ Vocatur autem, quae in numeris est sesquitercia, diatessaron in sonis; quae in numeris sesquialtera, diapente appellatur in vocibus; quae dupla in numeris, diapason in consonantiis; tripla vero diapente ac diapason; quadrupla autem bisdiapason. ²⁷ Agnoscat autem diligens lector, quod consonantiae consonantiis superpositae alias quasdam consonantias effecerunt. ²⁸ Nam diapente et diatessaron iunctae diapason consonantiam creant. ²⁹ Huic vero, id est diapason, si diapente iungatur, fit consonantia, quae ex utrisque vocabulis nuncupatur, diapason scilicet ac diapente. ³⁰ Cui si diatessaron addatur, fit bisdiapason. ³¹ Illud pretereas sciendum, quod si diapason ac diatessaron iungantur, nullam efficiant consonantiam. ³² Statim enim in superpartiente inaequalitatis genere cadit, nec servat vel multipliciter ordinem, vel superparticularitatis simplicitatem. ³³ Qualiter vero hoc adprobari possit, longum est hoc loco inserere. ³⁴ Quisquis autem id plenius scire desiderat, legat secundum Boetii librum de institutione armonica.

<X.> ¹ Hoc tamen unum breviter commemorasse sufficiat, quod ab 239a inaequalibus numeris concordia fit consonantiarum. ² Quae vero sunt inaequalia numerorum genera, quinque inter se modis dissentiunt in sua inaequalitate. ³ Aut enim alterum ab altero multipliciter transcenditur, aut singulis partibus, aut pluribus, aut multipliciter et parte, aut multipliciter et partibus. ⁴ Si quis autem has inaequalitatum species considerare

IX,25-26 cf. Boeth.mus. I,7 (194,19-26)
 IX,27-30 cf. Boeth.mus. II,27 (259,3-10)
 IX,31-32 cf. Boeth.mus. II,27 (259,11-15)
 X,1 cf. Boeth.mus. I,3 (191,1-3)
 X,2-3 cf. Boeth.mus. I,4 (191,6-10)

consonantiae] om. Ve diatessaron-diapason] diapason diatessaron diapente Ve diapason,] om. MoMe ke] et Le ke VeMoMe suprascr. id est et Ve et bisdiapason] bis diapente Me
 26 est] om. VeMoMe sonis] melodia VeMoMe autem] vero Ve
 29 Huic] Hunc Me
 30 diatessaron Le
 31 iungatur Me efficiunt Ve
 32 superpartientes Ve multipliciter Le
 33 huic loco Ve hoc in loco Me
 34 scire] nosse Ve librum boetii Ve

Cap. X om. BrMcOlMũObPa
 1 concordia Mo
 2 aequalia genera numerorum Me
 4 in arithmetica boetii Ve

desiderat, primum Boetii in arithmetica librum legat. ⁵ Notandum autem, quod ex supradictis quinque inaequalitatum generibus duo tantum ad harmonicas formandas consonantias adsumuntur, id est multiplex et superparticularis. ⁶ Multiplex ille numerus dicitur, qui minorem numerum duplo aut triplo aut quadruplo in se continet. ⁷ Et ex hoc formantur diapason consonantiae. ⁸ Superparticularis vero ille numerus dicitur, qui minorem numerum totum in se habet, et insuper eius medietatem, aut tertiam aut octavam partem. ⁹ Et ex hoc procreantur diapente et diatessaron consonantiae, nec non etiam tonus. ¹⁰ Proinde scire convenit, nullum posse perfecte fieri musicum, nisi antea fuerit arithmetice regulis pleniter institutus.

239b <XI.> ¹ His lucidandi gratia praemissis, praefatas consonantias per tonos discutiamus. ² Diatessaron consonantia constat de duobus tonis et semitonio, et fit ex epitrito, id est sesquitertio. ³ Diapente consonantia constat ex tribus tonis et semitonio, et fit de hemiolio, id est de semis et toto. ⁴ Nam Greci semis hemi, olon totum dicunt. ⁵ Diapason consonantia constat de sex tonis, et fit de duplari numero; siquidem ex diapente et diatessaron fit simphonia diapason. ⁶ Nam supra monstratum est, diatessaron ex duobus tonis et semitonio, diapente ex tribus tonis et semitonio constare, <diapason de sex tonis,> id est ex quinque tonis et duobus semitoniis. ⁷ Verum diapason et diapente constat ex novem tonis et semitonio, et fit de triplari numero. ⁸ Bisdiapason continet duodecim tonos, et fit ex

X,5 cf. Boeth.mus. I,5 (192,22-23)

X,6 cf. Boeth.mus. I,4 (191,11-13)

X,8 cf. Boeth.mus. I,4 (191,16-19)

XI,2-3 cf. Macrob. 2,1,25

XI,4 cf. Remig.Autiss.comm. 45.5 p.150,30-31

XI,5 cf. Macrob. 2,1,25

XI,6 id est ...] cf. Boeth.mus. I,19 (205,5-6)

XI,7-8 cf. Macrob. 2,1,25

5 ex] *om. Me* formanda *Ve*

6 dicitur numerus *Me* minore *Le*

7 *om. Me*

8 *om. Me* in se habet totum *VeMo*

9 diapante *VeMo* diatessaron] diapason *Me*

10 antea] ante *VeMoMe* arithmetice-institutus] arithmetica pleniter instructus *Ve-MoMe*

Cap. XI om. BrMcOlMũObPa

1 praefatas] praestitas *Me*

2 de] *om. MoMe* ex *Ve*

3 semis] sonis *MoMe* toto] *corr. ex tono Le tono MoMe*

4 Graece *VeMoMe* hemi, olon] id est emi olon *Ve* id est hemiolon *MoMe*

5 simphonia] consonantia *VeMoMe*

7 constant *Ve*

quadruplo.

⁹ Haec iuxta assertionem Macrobiani de tonis diximus; verum Cassiodorus in secularibus litteris quindecim tonos esse adfirmat, secundum numerum cordarum, quae ponuntur in bisdiapason consonantia. ¹⁰ Quos demonstrabimus in subsequen-
tibus, cum de chordis et earum nominibus ceperimus tractare.

<XII.> ¹ Sciendum vero, quod sepe dictae consonantiae nequaquam sunt humano ingenio inventae, sed divino quodam nutu Phitagorae sunt ostensae. ² Denique cum idem philosophus ardentis esset ingenii, diuque estuans inquireret, quam ratione firmiter et constanter consonantiarum momenta perdisceret, accidit, ut praeteriens fabrorum officinas pulsos malleos exaudiret, ex diversis sonis unam quodammodo convenientiam personantes. ³ Igitur ad id, quod diu querebat, adtonitus accessit ad opus, diuque considerans arbitratus est, diversitatem <sonorum> ferientium vires efficere. ⁴ Et ut hoc appareret, mutari inter se malleos imperavit. ⁵ Quibus mutatis sonorum diversitas ab hominibus recedens malleos sequebatur. ⁶ Tunc omnem curam ad pondera eorum examinanda convertit. ⁷ Et inventus est unus, qui maior erat, duodecim ponderum, alter novem ponderum, tertius octo, quartus sex. ⁸ Igitur hi mallei, qui duodecim et sex ponderum erant, diapason in duplo consonantiam personabant. ⁹ Malleus duodecim ponderum ad malleum novem, et malleus octo ponderum ad malleum sex ponderum secundum epitritam, id est sesquiertiam proportionem diatessaron consonantiam concinnebant. ¹⁰ <Novem vero ponderum ad sex et>

240a

XII,1 divino quodam nutu] cf. Boeth.mus. I,10 (197,3-4)

XII,2-4 Boeth.mus. I,10 (197,1-3; 197,4-9)

XII,5-6 cf. Macrobiani. 2,1,10-11

XII,7-13 cf. Boeth.mus. I,10-11 (197,29-198,16; 198,19-20)

9 assertionem Le macrobii Mo

10 et-tractare] tractare ceperimus VeMoMe

Cap. XII om. BrMcOlMũObPa

1 vero] vero est Ve est autem MoMe sed-ostensae] om. VeMoMe

2 esset] esse Ve exestuans Ve consonantiarum momenta] consonantias VeMoMe praeteriens per VeMoMe pulsus Ve ex diversis sonis] om. VeMoMe convenientiam] conuenientiam Le

3 quod] quo Ve <sonorum>] tonorum Le sonoram VeMoMe

5 hominibus] omnibus Ve

7 novem ponderum] VIII Ve

8 duodecim] XV Me personabant] add. MoMe: ut inclina aurem tuam ad me (ut Inclina domine aurem Me) et omnia quae in primo inveniuntur tono.

9 novem] add. Me: ponderum epitrita Ve sesquiertia proportione Ve concinnebant] concinnebant VeMo add. MoMe: Adest exemplum. Confessio et pulchritudo et cuncta quae in tono authentici deuteri conscribuntur.

10 om. Le permiscebant] add. MoMe: ut habet (hoc Me) Circumdederunt me et ce-

duodecim vero ad octo diapente consonantiam permiscebant. ¹¹ Novem autem ad octo in sesquioctava proportionem resonabant tonum. ¹² Igitur Phitagoras domum reversus varia examinatione perpendit, quod in supradictis dimensionibus tota consisteret simphoniarum ratio. ¹³ Nunc quidem aequa pondera cordis aptans, earumque consonantias aure diiudicans; nunc vero in longitudine calamarum vel fistularum duplicitatem medietatemque vel ceteras proportionem aptans, sepe etiam cimbala diversis formata ponderibus secundum supra comprehensum modum malleolo percutiens. ¹⁴ Ex his omnibus integerrimam fidem diversa experientia collegit, et nihil sese invenisse diversum valde delectatus est. ¹⁵ Itaque, quia in iam sepe notatis consonantiis divino munere cognitis totius armonicae disciplinae summa consistit, oportet, ut animo atque auribus sint notae. ¹⁶ Frustra enim haec ratione et scientia colliguntur, ut insignis auctor Boetius testatur, nisi fuerint usu atque exercitatione notissima.

240b

<XIII.> ¹ Septem quippe sunt liberales disciplinae, quarum tres, id est grammatica, rethorica et dialectica, ratione et naturali sensu colliguntur, non oculo videntur aut digito demonstrantur, quia earum vis in sermone est, sermo autem, id est humana locutio, audiri potest, videri non potest. ² Reliquae quattuor, id est arithmetica, geometrica, musica, et astrologia nequaquam animo ad liquidum percipiuntur, nisi oculo videantur et digito demonstrantur.

<XIV.> ¹ Quamobrem nobis utile et pernecessarium videtur, ut primum de cordis et earum nominibus parumper disseramus, et unicuique cordae suum subiciamus tonum, ut cum de suprascriptis consonantiis aliquid apertius et manifestius caeperimus tractare, mittere possimus sob-

XII,13 secundum supra comprehensum modum] cf. Huglo, Tonaires, p.81

XII,14 cf. Boeth.mus. I,11 (198,16-17)

XII,15-16 oportet...] cf. Boeth.mus. III,10 (283,6-9)

tera quae (in *add. Me*) autentio trito repperiuntur.

11 autem] vero *Ve* tonum] *add. MoMe*: Ut est Puer natus (*om. Mo*) est nobis et omnia quae autenti tetrardi (tetrardi autenti *Me*) terminantur norma.

13 quidem] autem *VeMoMe* earum *MoMe* duplicitate *Me* diversis cimbala etiam formata *Me* cimbala etiam *Mo*

14 diversum invenisse *Ve* valde] *om. Ve* delectatus] deletatus *Le* laetatus *VeMoMe*

15 Itaque] Igitur *Ve* quia] qui *MoMe* iam in *Ve*

16 atque] ac *Me*

Cap. XIII *om. BrMcOlMũObPa*

2 Reliqua *Ve* geometria *Ve* astorologia *Le* demonstrantur *Le*

Cap. XIV *om. BrOlMũOb. Mc* habet solum 5-43; *Pa* habet solum 6-30, 40

1 suprascriptis] supradictis scriptis *Ve* apertius] apsius *Ve* inmittere *VeMoMe* contractet *Ve*

rium cantorem ad prefatas cordas, ut ibi oculo inspiciat et digito contrectet, quod a nobis verbo et scripto aure percipit. ² De inventione autem cordarum, vel qualiter a diversis per diversa tempora additus sit numerus earum, brevitatis causa pretermittimus.

³ Disponantur itaque per ordinem nervi, in quibus perficitur et demonstratur bisdiapason consonantia hoc modo:

⁴ Proslambanomenos vel Prosmelodos.

XIV,4 cf. Boeth.mus. I,20 (212,8-22)

4 *MoMe habent:*

	Diatonici generis Proslambanomenos	Chromatici generis Proslambanomenos	Henarmonii generis Proslambanomenos	Cicero Luna
	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	
<i>secundum musicos</i>	Hypate hipaton	Hypate hipaton	Hypate hipaton	<i>Mercurius</i>
	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	
	Parhipate hipaton	Parhipate hipaton	Parhypate hipaton	<i>Venus</i>
	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	
	Lichanos ipaton diatonice	Lichanos ipaton cromaticice	Lichanos ipaton Enarmonium	<i>Sol</i>
	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o & o & o \\ t & t & t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	
<i>Saturnus</i>	Hypate meson	Hypate meson	Hypate meson diatono	<i>Mars</i>
	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	
<i>Iovi</i>	Paripate meson	Paripate meson	Paripate meson	<i>Iovis</i>
	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	
<i>Martii</i>	Lichanos meson diatonice	Lichanos meson cromaticice	Lichanos meson	<i>Saturnus</i>
	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	
<i>Sol</i>	Mese	Mese	Mese diatono	<i>Spera celestis</i>
	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	
	Paramese a mese semper tono distat	Paramese a mese semper distat tono	Paramese	
	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	
<i>Venus</i>	Trite diezeugmenon	Trite diezeugmenon	Trite diezeugmenon	
	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	
<i>Mercurius</i>	Paranete diezeugmenon diatonice	Paranete diezeugmenon cromaticice	Paranete diezeugmenon Enarmonium	
	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o & o & o \\ t & t & t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	
<i>Luna</i>	Nete diezeugmenon	Nete diezeugmenon	Nete diezeugmenon diatono	
	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	
	Trite hyperboleon	Trite hyperboleon	Trite hyperboleon	
	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	
	Paranete yperboleon diatonice	Paranete yperboleon cromaticice	Paranete yperboleon enarmonium	
	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	$\begin{smallmatrix} o \\ t \end{smallmatrix}$	
	Nete hyperboleon	Nete hyperboleon	Nete hyperboleon diatono	

COLORABILE

(*Me om. signationem generum (lin.1), systemata planetarum et descriptionem meses. Rubricator litteras primas non perfecit. Pro semper tono distat et semper distat tono*)

Hypate hypaton.
 Parhypate hypaton.
 Lichanos hypaton.
 Hypate meson.
 Parhypate meson.
 Lichanos meson.
 Mese.
 Paramese.
 Trite diezeugmenon.
 Paranete diezeugmenon.
 Nete diezeugmenon.
 Trite hyperboleon.
 Paranete hyperboleon.
 Nete hyperboleon.

241a

⁵ Nomina suprascriptarum cordarum, quia greca sunt, interpretatione indigent. ⁶ Proslambanomenos igitur interpretatur adquisitus vel adauctus: siquidem quia mese non erat loco media, ut utrumque diapason coniungere posset, sed magis hypatis accidebat; idcirco super hypatas hypaton addita est hec una corda. ⁷ Unde et ab aliquibus prosmelodos dicitur, id est ad melodiam adiuncta vel addita. ⁸ Hypate hypaton, id est principalis principalium, subauditur cordarum. ⁹ Nam haec prima semper fuit, antequam proslambanomenos adderetur, eratque corda gravissimum sonum

XIV,6-7 cf. Boeth.mus. IIII,3; I,20 (309,22; 211,21-24)

XIV,8 cf. Boeth.mus. IIII,3 (309,23-24)

XIV,9 hypate hypaton ...] cf. Boeth.mus. I,20 (209,3-4)

habet: distat semper tono)

vel Prosmelodos] *om. Ve* Nete hyperboleon] *add. Ve:* Mese. Trite sinemmenon. Paranete sinemmenon. nete sinemmenon.

5 Nomina suprascriptarum] Scriptarum nomina *VeMoMe* Scripturarum nomina *Mc* sunt] *om. Mo* graecae *Mc*

6 Proslambanomenos *Le* Proslambonomenos *Me* Proslabanosmenos *glo.:* I *Mc* igitur] *om. Pa* adauctus] adauctus *Le;* *glo.:* .i. superpositus *Mc* additus *Pa* siquidem-corda] *om. Pa* siquidem] *glo.:* .i. certe *Mc* utrumque] *glo.:* .i. hoc et illud *Mc* diapason] diapente *glo.:* .i. V *Mc* possit *Le* magis] *glo.:* .i. multum *Mc* accedebat *VeMc;* *glo.:* .i. adiungebat *Mc* idcirco] *glo.:* .i. propter hoc *Mc* hypata hypaton *Ve* ypatos ypaton *Mc* addita] *glo.:* .i. ad.... *Mc*

7 *om. Pa* Unde et] *om. Ve* Unde] *glo.:* .i. a quo... *Mc* aliquibus] *add. Ve:* quoque addita] *glo.:* .i. data *Mc*

8 Ypate ypaton *glo.:* II *Mc* pencialium *Ve* subauditur cordarum] *om. Pa* subauditur] .s. *Ve om. Mc*

9 semper] *om. Pa* adderetur] *glo.:* .i. adiungeretur *Mc* corda gravissimum] gravissima gravium *Pa* corda] cordarum *VeMoMe* resonans sonum *Ve* resonans sonum *MoMe* sono *Pa* resonans-sunt] *om. Pa* unde] *glo.:* .i. a quo *Mc* hypate hypaton] *glo.:* .i. secunda eorum *Mc* quasi] vel *Pa* maxime] magnae suprascr. vel (*om. Me*) maximae *MoMe;* *glo.:* .i. praecipuae *Mc* magna *Pa* aut-gravium] *om. Pa*

resonans, unde quidam sic interpretantur: hypate hypaton vocatae sunt, quasi maxime magnarum aut gravissime gravium. ¹⁰ Parypate hypaton dicitur tertia corda, quasi iuxta hypaten posita, id est collecta. ¹¹ Potest autem interpretari subprincipalis principalium. ¹² Lichanos hypaton idcirco vocatur, quod lichanos grece index digitus dicitur. ¹³ Grecus a lingendo lichanon appellat; et quoniam in canendo ad eam cordam, quae erat tertia ab hypate, index digitus, qui est lichanos, inveniebatur, idcirco ipsa quoque lichanos appellata est. ¹⁴ Hoc itaque tetracordum, quia longioribus et grossioribus cordis formatur et graviorem sonum reddit, appellatur principale. ¹⁵ Has sequitur hypate meson, id est principalis mediarum, subauditur cordarum. ¹⁶ Parhypate meson, id est subprincipalis mediarum sive iuxta principalem mediarum posita. ¹⁷ Lichanos meson, id est tertia mediarum; deinde mese octavo loco ponitur. ¹⁸ Mese interpretatur media: ideo, quia inter septem et septem semper est media, sive quia finis est praecedentis diapason et principium subsequentis et pro duabus cordis accipitur.

241b

¹⁹ Denique cum octava corda ad primam diapason consonantiam re-

XIV,10 cf. Boeth.mus. I,20 (206,17-18)

XIV,11 cf. Boeth.mus. IIII,3 (309,25-26)

XIV,12-13 cf. Boeth.mus. I,20 (206,18-23)

XIV,15 cf. Boeth.mus. IIII,3 (310,5-6)

XIV,16 cf. Boeth.mus. IIII,3 (310,7)

XIV,18 cf. Boeth.mus. I,20 (206,23-24)

10 Parypate ypaton *glo.*: III *Mc* hypaton] parypaton *Le* corda tertia *Pa* iuxta] *glo.*: .i. prope *Mc* hypaten] ypatē ypaton *Pa* posita] posita *suprascr.* vel collocata *Mo* loca *Me* id est collecta] *om. VeMoMeMc* collecta-11 interpretari] *om. Pa*

11 interpretari] *om. MoMc* dici *VeMe* subprincipalem *Me*

12 Lychanos ypaton *glo.*: IIII *Mc* hypaton] hypate *Ve* idcirco] *om. Pa* quod] quia *Ve* grece] *om. Pa* digitus] *om. Pa* dicitur] est *VeMoMeMc*

13 Grecus-appellat] *om. Pa* Grecus] *om. VeMoMeMc* lichanos *Ve* lycanos *Mo* lychanos *Me* appellat] dictus *VeMo* dictus dictus *Me* canendo] *glo.*: .i. cantando *Mc* hypate] ypatē ipaton *Pa* qui est lichanos] *om. VeMoMeMcPa* ipsa quoque] *om. Pa*

14 itaque] quoque *VeMoMeMcPa* tetracordum] *glo.*: .i. q.... *Mc* firmatur *Mo-McPa* reddit sonum *VeMoMeMcPa* appellatur principale] principale dicitur *Ve-MoMcPa* principalis dicitur *Me*

15 Has sequitur] *om. Pa* ypatē meson *glo.*: V *Mc* subauditur cordarum] *om. Mc* subauditur] .s. *Ve om. Pa*

16 Parypate meson *glo.*: VI *Mc* id est subprincipalis] *suprascr. Mo* id] hoc *Mc* mediarum-posita] *om. MoMcPa* sive-posita] *om. VeMc*

17 Lychanos meson *glo.*: VII *Mc* id est tertia mediarum] *suprascr. Mo* id est mediarum extenta (*glo.*: .i. longa) *Mc* mese] *glo.*: VIII *Mc* ponitur loco *VeMoMeMcPa*

18 Mese] et *Me* sive-subsequentis] *om. Pa* diapason] *glo.*: .i. VIII *Mc* duobus *Mc* accipitur cordis *VeMoMeMcPa*

19 Denique-resonet] *om. Pa* Denique] *glo.*: .i. Iterumque *Mc* diapason] *glo.*: .i. VIII^o *Mc* consonantia *Mc* hac de causa] ideo *VeMoMeMcPa* bis] *glo.*: .i. duo *Mc* his *Pa* reperiuntur] *glo.*: .i. Inveniuntur *Mc* tantummodo] *glo.*: .i. tantum *Mc om. Pa* mese] *glo.*: .i. VIII^o *Mc* ut diximus] *om. Pa* supplet] *glo.*: .i. complet *Mc*

sonet, non hac de causa seddecim cordae in bisdiapason reperiuntur, sed tantummodo quindecim, quia mese, ut diximus, locum supplet sextae decimae cordae. ²⁰ Paramese, id est iuxta mediam posita. ²¹ Trite diezeugmenon: trite, id est tertia a mese; diezeugmenon, id est disiunctarum sive divisarum, subauditur cordarum. ²² Nam cum duo tetracorda uno medio nervo interveniente consociantur, hoc grece nuncupatur sinnemenon, id est coniunctum. ²³ Hinc et sinaphe dicitur, id est coniunctio, quotiens duo tetracorda unius medietas termini continuat atque coniungit. ²⁴ E contra diezeuxis appellatur, quae disiunctio dici potest, quotiens duo tetracorda separantur et pleno tono inter se differunt. ²⁵ Paranete diezeugmenon dicitur, eoquod iuxta nete, id est ultimam disiunctarum sit locata. ²⁶ Hanc siquidem sequitur nete diezeugmenon, id est inferior vel ultima disiunctarum. ²⁷ Trite hyperboleon, id est tertia excellentium, subauditur cordarum. ²⁸ Paranete hyperboleon, id est iuxta nete, hoc est ultimam excellentium posita. ²⁹ Nete hyperboleon ultima excellentium interpre-

XIV,20 cf. Boeth.mus. I,20 (206,24-25)

XIV,21 cf. Boeth.mus. IIII,3 (311,5)

XIV,23 cf. Boeth.mus. I,24 (217,5-7)

XIV,24 cf. Boeth.mus. I,25 (218,2-4; 218,15-16)

XIV,25 cf. Boeth.mus. I,20 (206,27)

XIV,26 cf. Boeth.mus. IIII,3 (311,13)

XIV,27 cf. Boeth.mus. IIII,3 (311,14-15)

supplex est *Pa*

20 Paramese] *glo.*: VIII *Mc* id est] *om. Pa* medium *Pa* positam *Mc*

21 Trite diezeugmenon *glo.*: X *Mc* mese] *glo.*: i. VIII *Mc* diezeugmenon] *glo.*: i. corda superflua *Mc* sive-subauditur] *om. Pa* sive] vel *VeMoMeMc* diversarum *Me* subauditur] *s. Ve om. Mc*

22 cum] *om. Mc* tetracorda] *glo.*: i. quarta *Mc* uno] in *Me* nervo] *glo.*: i. vinculo *Mc* sociantur *Pa* hoc-nuncupatur] *om. Pa* nuncupatur] *glo.*: i. dicitur *Mc* sinnemenon] sinegmenon *glo.*: i. corda superflua *Mc*

23 *om. Pa* et] *om. VeMoMeMc* id est coniunctio] *om. VeMc*; *suprascr. MoMe* quotiens] *glo.*: i. quantecumque *Mc* tetracorda] *glo.*: i. quarta *Mc* continuat] *glo.*: i. congregat *Mc*

24 *om. Pa* appellatur-disiunctio] *om. VeMc* appellatur, quae] *om. MoMe* quotiens] *glo.*: i. quante uic *Mc* tetracorda] *glo.*: i. quarta *Mc* pleno] plene *Ve* tono] toto *Le om. VeMoMeMc* differunt] *glo.*: i. dividunt *Mc add.*: tono *VeMoMeMc* tono *glo.*: i. sono *Mc*

25 Paranete diezeugmenon *glo.*: XI *Mc* neten *VeMc* ultimam] *glo.*: i. novissima *Mc* ultima *MoMePa*

26 Hanc-sequitur] *om. Pa* siquidem] vero *VeMoMeMc* Nete diezeugmenon *glo.*: XII *Mc* vel ultima] *om. Pa* ultima] *glo.*: i. novissima *Mc*

27 Trite yperboleon *glo.*: XIII *Mc* tertia] *om. Mc* excellentium] *glo.*: i. eminentium *Mc* subauditur cordarum] *om. Pa* subauditur] *s. Ve om. Mc*

28 Paranete yperboleon *glo.*: XIII *Mc* iuxta] iuncta *Le* neten *VeMc* ultima *VePa* ultimam] *glo.*: i. novissima *Mc* excellentium] *glo.*: i. altum nimis *Mc*

29 Nete yperboleon] *glo.*: XV *Mc* ultima] id est ultima *glo.*: i. novissima *Mc* excellentium] *glo.*: i. nimis altum *Mc* interpretatur] *om. Pa*

tatur. ³⁰ Denique hae tres ultimae et novissimae cordae acutissimum et graciliorem ceteris cordis reddunt sonum; unde et excellentes appellantur.

³¹ Nunc videamus, qualiter in his quindecim cordis omnes consonantiae reperiantur: ³² Proslambanomenos a secunda corda, quae est hypate hypaton, integro distat tono. ³³ Ipsa quoque proslambanomenos a mese octava est et resonat cum ea, id est cum mese, diapason consonantiam.

³⁴ Eademque proslambanomenos ad quartam cordam, id est ad lichanos hypaton, resonat diatessaron consonantiam. ³⁵ Quae lichanos hypaton ad mesen resonat diapente simphoniam, estque ab ea quinta corda. ³⁶ Rursus mese a paramese distat tono; item eadem mese ad neten diezeugmenon, quae quinta corda est a mese, facit diapente consonantiam, quae simphonia diapason et diapente vocatur. ³⁷ Predicta nete diezeugmenon ad neten hyperboleon quartam cordam facit diatessaron consonantiam. ³⁸ Rursus proslambanomenos ad netem hyperboleon, id est prima corda cum quintadecima resonat bisdiapason consonantiam. ³⁹ Ecce habes in quindecim cordis omnes tonos et omnes consonantias.

⁴⁰ Diligentius autem intuenti musicae disciplinae subtilitatem non am-

242a

